



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**De Vita & Rebus gestis P. Petri Canisii, De Societate Jesv,
Commentarii**

Sacchini, Francesco

Ingolstadii, 1616

Vltima eius Concio.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41515

Annum iam ætatis obibat quintum supra septuagesimum: diuque sacra illa tuba æuo, ærum-^{ultima eius}
 nisq; labefactata siluerat, cùm ædicula, quam Pa-^{concio.}
 tres, dum Templum extrueretur, temporariam
 concinnarāt, solenni cæremonia ab Antistite de-
 dicanda fuit. Visum est ad cohonestandam cele-
 britatem, & exhilarandum populum Friburgen-
 sem, vt Canisius ex longo interuallo ad concio-
 nem prodiret. Quod cùm emanasset futurum,
 multos expectatio vocis eius conciuuit. Vbi vero
 ex superiore loco apparuit, venerandi senis ipse
 conspectus, os illud maiestate plenum, atq; mo-
 destia totam concionem pia quadam lætitia, ac
 voluptate perfudit. Differuit de Societatis institu-
 tis, muneribusque. Quāobrem Collegia, & scho-
 las haberet: quid ita nobilis ea Respublica tanta
 impensa templi illam, ac domicilij præclaram
 molem extrueret, & alia loco, ac tempori oppor-
 tuna. Quæ cum languida vox ex fatifcente, & ex-
 hausto missa corpusculo ægrè perferret ad aures,
 pascebantur homines sapientissimi senis, & tan-
 quam Apostoli sui (sic enim habebant) spectacu-
 lo: & aurium desideria luminibus supplebantur.